



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LXXV. Ritter Thilo von Wilmersdorf legt Zeugniß ab über die Entscheidung
eines zwischen Chorin und Eberswalde über den Besitz von Gewässern
geführten Streits. Ohne Zeitangabe.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

utilitate et comodo terre edificare debebunt, perpetuis temporibus vtroque sine inquietatione qualibet obtinebunt. In cuius Testes g. comes de Swartzburg, Jo. Buch, Jo. hufener, berenger helo, milites, Loterbeck cum ceteris. Datum Berlin, anno domini M^o. CCC^o. XL^o., feria quinta ante dominicam Exurge.

Aus dem Copialbuche M. Ludwig I., betreffend die Vogtei Barnim Nr. 13.

LXXV. Ritter Thilo von Wilmersdorf legt Zeugniß ab über die Entscheidung eines zwischen Chorin und Eberswalde über den Besitz von Gewässern geführten Streits. Ohne Zeitangabe.

Nos Thylo de Wilmerstorp, miles, tenore presentium recognoscimus uniuersis presentia vifuris vel auditoris liquido declarando, quod aque site inter claustrum Choryn et ciuitatem Ewerswalde, super quarum possessione questionis et contentionis materia a partibus jam dudum scitur esse mota, ad predictam ecclesiam Dominorum de Choryn legitime pertinent et a retroactis temporibus quibus memoramur pertinuerunt suntque a dictis religiosiis fratribus sub nostra memoria possesse pacifice et quiete, protestantes nichilominus, quod cum ad decidendam brigam super possessione predictarum aquarum inter sepedictos Dominos de Choryn et ciuitatem Ewerswalde suscitata, strenuus vir et dilectus noster dominus Bethmannus de Wyltberge, miles, a domino Johanne de Buc et aliis Consiliariis illustris principis domini Ludouici, Marchionis Brandenburgensis, iudex et decisor esset deputatus, nobis presentibus per instrumenta vera nec in aliqua sui parte vitata et viginti dominos testes ydoneos coram prememorato Bethmanno euidentissime firmatum extitit et probatum, quod premissa aque ad monasterium Choryn jure pertinerent. Testibus ad hoc verificandum se exhibitis sub juramento voluntarie et constanter. Quorum tekium aliquorum nomina presentibus ad maiorem certitudinem duximus annotanda, videlicet strenuus vir Alberto de Klepzk et Godekyno de Gryphenberg, militibus, Conrado de Oderberg, Heinrico dicto Pertsdorp, Hermanno Sagittario, famulis, Johanne Bryzken, Ludeken et Godeken, fratribus, dictis Kerkou, ciuibus Angermundenfibus aliisque pluribus fidelibus usque ad numerum prenotatum. Ex parte vero ciuitatis Ewerswalde nullum omnino testem exhibitum vidimus aut productum.

Aus dem nach dem Original des R. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerrens Cod. II, 481.

LXXVI. Markgraf Ludwig befreiet die Besitzungen des Klosters Chorin für eine jährliche bestimmte Abgabe von allen vogteilichen Lasten, am 5. Januar 1341.

Nouerint uniuersi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludouicus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, Comes Palatinus Reni, Dux Bauarie Sacrique Romani Imperii Archicamerarius, ob releuamen monasterii Chorynensis Cystere. Ord. et etiam reformamen personarum Deo iugiter obsequentium, in iplo habitantium, quos multis perplexitatibus, angariis et